

www.e-rara.ch

[Opera omnia]

Augustinus, Aurelius

[Basel], [1528-1529]

Zentralbibliothek Zürich

Shelf Mark: AW 57

Persistent Link: <http://dx.doi.org/10.3931/e-rara-5484>

Divi Aurelii Augustini locutionis de Levitico liber tertius.

www.e-rara.ch

Die Plattform e-rara.ch macht die in Schweizer Bibliotheken vorhandenen Drucke online verfügbar. Das Spektrum reicht von Büchern über Karten bis zu illustrierten Materialien – von den Anfängen des Buchdrucks bis ins 20. Jahrhundert.

e-rara.ch provides online access to rare books available in Swiss libraries. The holdings extend from books and maps to illustrated material – from the beginnings of printing to the 20th century.

e-rara.ch met en ligne des reproductions numériques d'imprimés conservés dans les bibliothèques de Suisse. L'éventail va des livres aux documents iconographiques en passant par les cartes – des débuts de l'imprimerie jusqu'au 20e siècle.

e-rara.ch mette a disposizione in rete le edizioni antiche conservate nelle biblioteche svizzere. La collezione comprende libri, carte geografiche e materiale illustrato che risalgono agli inizi della tipografia fino ad arrivare al XX secolo.

Nutzungsbedingungen Dieses Digitalisat kann kostenfrei heruntergeladen werden. Die Lizenzierungsart und die Nutzungsbedingungen sind individuell zu jedem Dokument in den Titelinformationen angegeben. Für weitere Informationen siehe auch [Link]

Terms of Use This digital copy can be downloaded free of charge. The type of licensing and the terms of use are indicated in the title information for each document individually. For further information please refer to the terms of use on [Link]

Conditions d'utilisation Ce document numérique peut être téléchargé gratuitement. Son statut juridique et ses conditions d'utilisation sont précisés dans sa notice détaillée. Pour de plus amples informations, voir [Link]

Condizioni di utilizzo Questo documento può essere scaricato gratuitamente. Il tipo di licenza e le condizioni di utilizzo sono indicate nella notizia bibliografica del singolo documento. Per ulteriori informazioni vedi anche [Link]

A demptionem domino. Ergo omnis uir & mulier, intelliguntur filij Israël. Cætera locutiones similes superioribus. Facere aurum & argentum & æs, pro eo quod est facere ex auro & argento & ære, Non enim aurum faciebant, sed ex auro. Tale est etiã quod paulo post dicit, & operari ligna, hoc est, ex lignis Facere omnia opera sancti textilia, & uaria texere cocco & bysso, facere omne opus architectonicum uarietatis. Ecce in rebus textilibus architectonice cum opus appellat: mirũ nisi propterea, quia tabernaculo fiebant quod ædificio simile fuit, & tanquam domus erigebatur. Quid autem dicat opera sancti, non euidenter apparet: utrum sancti sacerdotis, quoniam & de stola uel de stolis eius hæc dicuntur, an sancti dei in cuius cultu hæc fiebant: an opera sancti, sicut dicebatur sanctum & sanctum sanctorũ. Humeralia continentia ex utrisq; partibus eius, Non dixit ex utrisq; partibus eorũ, quãuis illa humeralia, nõ humerale dixisset: sicut solet humerale dicere, Ipsum enim appellauit pluraliter humeralia, sicut stolã & easdẽ stolas. Et Eliab filius Achisamech de tribu Dan qui architectonatus est textilia & cõsutilia, & diuersicoloria texere de cocco & bysso. Nouo modo dicitur architectonari textilia. Etiã illud à parte totũ intelligendum est quod ait, texere cocco & bysso: ex his enim & cætera intelligimus, id est, purpurã & hyacinthum. Et fecerunt filij Israël sicut præcepit dominus Moyse, ita fecerunt. Plenũ esset etiã si nõ adderetur, ita fecerunt. Et fecit Moyses omnia quæ p̄cepit ei dominus, ita fecit. Similiter ut dictũ est, & filij Israël.

Exod. 38

*Exod. 38
Dan*

Exod. 39

Exod. 40

DIVI AVRELII AVGVSTINI LOCUTIONIS
de Leuitico liber tertius.



B

DE LEPROSO cum loqueretur dominus ait, Et immundus immundus uocabitur: quasi non satis esset semel dicere, immundus uocabitur, Quãquam nõnulli codices ita habeant: in alio Græco ita inuenimus semel dictum, immundus uocabitur. Item paulo post dicit, Cum sit immundus, immundus erit, quod in Latinum de Græco nõ sicut positum est exprimi potuit, Ait enim Græcus ἀνάθαρτος ὢν, ἀνάθαρτος ἔσαι quasi diceret, immũdus existens immundus erit: sed non hoc est existens quod Græcus dixit ὢν, sed si dici posset, essens ab eo quod est esse, nõ ab eo quod est, existere. Et uestimento si fuerit in eo tactus lepræ. Potuit usitate ita dicere, & in uestimẽto si fuerit tactus lepræ. Aut in omni uase pelliceo in quocunq; fuerit in eo tactus. Poterat satis esse, in quocunq; fuerit tactus. Et ecce non commutauit tactus aspectum suum, id est, colorem in quem aspicitur: nõ enim aspectum ipse aspicit. Tactum quippe ipsam maculam dicit. Et accipiẽs sacerdos de hemina olei superfundet in manum sacerdotis sinistram. Non dixit, in manum suam sinistram, cum utique in suam faciet. Viro uiro cuiũque fuerit fluor, & homo cuiũque exierit ex eo concubitus seminis, & omne super quocũque dormit super illud, & omne super quod sederit super illud immundum erit. Et emittet in manu hominis parati in heremũ, Id est, emittet in heremum in manu hominis ad hoc parati. De hirco emissario loquebatur cum hoc diceret, Notandum est autem quomodo dicat scriptura, in manu. Homo homo filiorum Israël, id est, ex filijs Israël. Ista autem repetitio quemlibet hominem uidetur significare, id est, ille aut ille. Turpitudinem patris tui, & turpitudinem matris tuæ non reuelabis. Hac locutione concubitũ uetuit cum his personis. Turpitudinẽ fratris patris tui non reuelabis, & ad uxorem eius non introibis: propinqua enim tua est. Et, posuit pro, id est, Hanc enim dicit turpitudinem fratris patris eius, id est, turpitudinem patru, pudenda uxoris patru. Et exhorruit terra eos qui insident super eam, id est, sedes habent, quod est habitant. Et permetentibus uobis messem terræ uestræ, non perficietis messem uestram agri tui perimete. Hoc quod à plurali cœpit, & ad singularem numerum terminauit, plerique Latini interpretari noluerunt, sed dixerunt agri uestri, ubi dictum est agri tui, quasi Græcus hoc non posset dicere, Magis ergo locutio notanda fuit quã emendanda. Quicumque acciperit sororem suam ex patre suo aut ex matre sua, & uiderit turpitudinem eius, & ipse uiderit

Leuit. 13

Exod. 38

Leuit. 14

Leuit. 15

Leuit. 16

Leuit. 17

Leuit. 18

Leuit. 19

Leuit. 20

*ganima insipuit qd
ing qua ueni uel
fennam uerba
me et dudu pe
toy, uener qd
pupponia
fluor. fluor 2 flucio den 8 rone
dir ralem.*

- Num. 11** xit ad eum: Non ibo, sed ad terram meam & ad progeniem meam, subauditur, ibo. Et promiscuus qui erat in eis concupiuerunt concupiscentiam. Singularem posuit pro plurali, ut promiscuus diceret, non promiscui, & tamen pluralē reddit, cum ait Concupiuerunt. Nūc autē anima nostra arida, nihil prater in manna oculi nostri: Defunt uerba, est, & sunt, plenū quippe esset: Anima nostra arida est, nihil prater in manna sunt oculi nostri. Nam quidā interpretes ita transtulerunt, & addiderunt uerba quae non sunt in græco. Et molebant illud in mola. Sexcenta milia peditum, in quibus sum in eis. Et abstulit de spiritu qui super ipsum, subauditur, aut erat, aut erit. Sed hanc locutionem quae dicitur eclipsis græco eloquio familiarissimam, & quātum puto etiam Hebræo, latinos interpretes transferre piguit, cum & in latina lingua frequentetur quāuis minus quā in græca. Et percussit dominus plagam magnam ualde.
- Num. 12** Notanda fuit locutio, percussit plagam, non percussit plaga, quod est usitatum. Et homo
- Num. 13** Moyses lenis ualde, subauditur, erat. Et ira animationis domini super eos, subauditur, facta est. Et quae terra in qua isti insident super eam. Et quae ciuitas in quibus isti habitant in ipsis. Locum ipsum quem nominauerunt uallem botri, cum superius dixisset: Venerunt in uallem botri. Dictum est ergo per anticipationem, non quia iam hoc uocabatur quādo uenerunt, sed cum scriberetur hic liber, iam uocabatur. Quoniam fortior est nobis magis: usitata esset locutio si non haberet magis. Et protulerunt pauorem terrae quā expoliauerunt eam. Terram quam transiuimus eam explorare, terra comedens qui habitant super eam est. Dicendum autem fuit usitate, terra quam transiuimus explorare. Terram quam explorauimus eam bona est ualde ualde. Et ait omnis synagoga lapidare eos in lapidibus, non dictum est lapidibus, cū ipsum lapidare posset usitata locutione sufficere. Et quousque non credunt mihi in omnibus signis quibus feci in ipsis? Non ait, quae feci in ipsis. Puer autem meus Caleph, quoniam spiritus alius in eo, & affecutus est me, & inducam eum in terram. Usitatum esset si nō haberet, &. Et inducam eum in terram, in quam intrauit illuc. Sufficeret usitata locutione, in quam intrauit. Et ait dominus ad Moysen & Aaron dicens. Hoc illatum est, cum dominus & superius loqueretur. Facit hoc saepe scriptura cum aliquid aliud uult dicere, iterum inducit loquentem qui iam loquebatur. Quotquot murmurauerunt super me, non ait, de me, aut aduersus me. Et haereditate possidebunt terram & quam uos abscissistis ab ea. Usitatum esset à qua uos abscissistis: nunc uero, & quam abscissistis dictum est, & nouo more, & additum est ab ea, sicut scripturae loqui solent. Sicut est: Penitusque sonantes, Accessistis scopulos, id est, accessistis scopulos, non ait, ad scopulos. Et, Deuenerunt locos, non ait, ad locos: Ita & quam abscissistis, non ait, à qua abscissistis. Ego dominus locutus sum, nisi ita fecero synagogae istae malignae. Quarendum est sanè quid sit quod græce positum sit *ἐκεί*. Nostri enim interpretes hoc penè ubique interpretati sunt, nisi in terram in quam
- Num. 15** ego induco uos illuc. Si autem anima una peccauerit non sponte, offeret capram unam anniculam pro peccato, & exorabit sacerdos pro anima inuita, & quae peccauerat nolenter ante dominum, exorare pro eo, & remittetur ei. In hac sententia & illa locutio notanda erat, quae ait, exorabit sacerdos, & postea dixit exorare. Vtrunque enim simul, ita dici posset, exorabit exorare. Et illa, quod à sceminino genere incipiens ad masculinum clausit. Cum enim dixisset: si anima una peccauerit, concludit dicens, exorare pro eo, ubi intelligitur, pro eo homine. Nam quod adiunxit, & dimittetur ei, in latino quidem non apparet, quia hoc pronomen generis omnis positum est, ei. Quod uero hic dictum est, pro anima inuita intelligitur quae inuita peccauerit, non quae nolit pro se offerri. Haec enim etiam consequenter exposuit, ubi ait: & quae peccauit nolenter. Et ideo positum est, quia latine non potuit exprimi quod dictum est *ἀκούσιασθεῖσιν*. Non potuit enim dici nolentata uel quid aliud ab eo quae nolens fecerit. Et anima quaecumque fecerit in manu superbiae, subauditur peccatum. Notandum etiam quod ait, manu superbiae, manum ponens pro opere siue potestate. Morte moriatur homo, lapidate eum lapidibus omnis synagoga, & morte moriatur. Et lapidate lapidibus, & lapidate omnis
- Num. 16** synagoga, locutiones sunt inusitatae nobis. Et accipite singuli thuribulum suum. Et descenderunt